



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXI. De bigamis non ordinandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

Læſio impediens ſolemnium celebrationem
ut manus amiſſio, omnino obſtat, quominus
aliquis promoveri poſſit. *c. 6. IV.* Qui
ſua voluntate oculum amiſit, promoveri
debet, ſed ſi id ſacerdoti accidat, ſacerdotium
non amittit. *d. diſtinct. 55. c. ult.* In
quibusdam cauſis diſpenſari poteſt, ut
cum eo, qui in duello particulam digiti amiſ-
ſit. *cap. 1.* aut in oculo maculam habet. *cap. 2.*
aut virilia ſibi amputari fecit, putans ſe
ſequium Deo præſtare. *cap. 4.*

XXI. De bigamis non ordinan-
dis.

- Q**uinta dubitatio eſt de bigamis, qui-
nim, ſi uxor mortua ſit? aut quomodo
cum iis diſpenſetur? Sed conſtitutum eſt,
ut ne quidem uxore mortua ad ſacros ordi-
nes admittantur. *cap. 3.* & ut diſpenſatio
cum eis facta non valeat. *cap. 2. §. Bigamus*
proprie dicitur, qui duas legitimas uxores
habuit, id eſt, qui ſecundas nuptias contra-
xit. Veruntamen quaſi bigamus irregularitas
incurrit etiam iſ, qui repudiatam. *c. 1. ſe-
cundam duxit. c. 3. & c. 5. verſ. cum ergo c. 1. ſe-
cundam duxit. ult.* & qui ſecundas nuptias de facto contra-
xit, veluti cum in ſacris eſſet. *cap. 4. §. Si*
vero ab altero ductam, ſed ab eo non repudi-
tam, duxit in uxorem, ob id impediri non de-
bet, quominus ad ſacros ordines promoveri

... d. c. 5. sed nec is qui multas habuit con-
... binas, in bigamiæ irregularitatem incidit:
... circo pœnitentia imposita poterit cum eo
... dispensari. *c. pen. §. Irregularitatem vocamus* 4
... canonicum impedimentum ex facto seu de-
... fectu proveniens, quo quis tam ad ecclesiasti-
... cos ordines promoveri, quam promotus in
... eodem ministrare prohibetur. *Lancell. Inst.*
... *Can. lib. 4. 2. ult. §. cavebunt.*

XXII. De clericis peregrinis.

Extra dubitatio est de clericis peregrinis, qui
... vocantur etiam extranei. *ij. q. 7. c. peregrini*
... *12. §. Vi. q. 3. c. 2.* id est, qui non sunt de
... episcopatu ordinantis peregrini, de quibus in
... presentia loquimur. Alibi peregrini dicun-
... tur, qui religionis causa peregrinantur. *Inf.*
... *reg. §. pac. c. ult. §. 24. q. 3. c. si quis Ro-*
... *manus. 23.* In jure autem civili peregrini ap-
... pellantur, qui non sunt cives Romani. *D. de*
... *jur. l. 2. §. post aliquot §. de hered. instit.*
... *l. 8. solemus. §. C. eod. l. 1. §.* Hi non pos-
... sunt ordinari, nisi plura concurrant, quæ
... hoc docebo. I. Non possunt ad superiores
... ordines promoveri, nisi inferiorem ordina-
... tionem legitime probent. *c. 1. §. 2.* II. Requi-
... ritur consensus episcopi, cui sunt subjecti, aut
... dispensatio apostolica. *Inf. lib. 6. de temporib.*
... *can. c. 1. §. dist. 71. c. 1. 2. §. 5.* III. Præla-
... ti epi-